



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Feria sexta. Exercitium 37

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

Exercit. 37.

*Psalm. 68. Dederunt in escam meam fel &
in siti mea potauerunt me aceto.**Thren. 3. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio.**Consideratio.*

CONSIDERABIMUS mensam, illam, doloribus, supplicijs, felle & aceto refertam, quam ingrata Iudæa, Christo Saluatori suo parauit: quamque Christus nostri amore, volens, libensque gustauit.

Gratiarum actio.

GRATIAS referemus ei, quod acerbissimos cibos, nostri causa gustare voluerit, vt nobis cœlestem dulcedinem promeretur, nosque ab æterna amaritudine, damnatis in inferno præparata liberauerit.

Confusio.

ERUBESCEMUS: quod posteaquam Christus semel pro nobis in cruce fel gustauit, nos ei toties fel peccatorum

torum nostrorum gustandum obtulerimus.

Petitio.

Precabimur Deū, vt nobis lachrymas compassionis largiatur, quibus ea quæ pro nostro redemptione passus est, deflere valeamus: vt quæ illæ sint nobis panes die ac nocte, quibus cibos nostros, ex recordatione suppliciorum eius, permisceamus.

Oblatio.

Offeremus nos Deo, ad tolerandam omnem amaritudinem, omnesque dolores quātumuis acres, pro illo, qui nostri amore tanta perpeffus est: & supplices eum rogabimus, vt nobis semper det calicem suum ad bibendum, quia non decet vt sub capite spinoso, membra delicata sint.

SABBATHO.

Exercit. 38.

Psalm. 10. Ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.

Apocal. 14. Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem

dd 7

illius